Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mnuu vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dis
parte lingue tanquam ignis. sedit q; supra singulos
eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto. et cepe
runt loqui varijs linguis prout spiritus sanctus da
bat eloqui illis. Erant autem hitantes in iherusalem iudei
viri religiosi. ex omni natione que sub celo est. Facta
autem hac voce conuenit multitudo. et mente confusa
est. quia audiebat vnusquisq; lingua sua illos lo
quentes. Stupebant autem omnes. et mirabantur dicentes
nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt. Et
quomodo nos audiuimus vnusquisq; lingua nostra
in qua nati sumus. Parthi et medi et elamite et
hitantes mesopotamiam iudeam et cappadociam. po
ntum et asiam. frigiam. et pamphiliam. egyptum
et partes libie. que est circa cyrenen et aduenie romani
iudei quoq; et proselite cretes et arabes audiuimus
eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Alla v. E
mitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. Alla v. Dei
sancte spiritus replete cuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende
Sancti spiritus assit nobis gra. Que corda nostra v. Sequentia
Fac ad hiscalum. Expulsi inde omnes vitia spiritalibus
Spiritus alme illustrator hominum. Horridas mentes mentis purga
tenebras. Auctor sancte sensatorum semper cogitatorum. Infunde
vnctionem tuam clemens nostris sensibus. Tu purificator omnium fla
gitiorum spiritus. Purifica nostrum oculum interioris hominis. Ut
videri supernus genitor possit a nobis. Mundi cordis quem
soli cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti ne prouia p
precaniissent iudicia. Apostolos confortasti vt trophyum xpi per
totum mundum veherent. Quando machinam per vbum suum
fecit deus celi et terram. Tu sicut aquas fontium eas numen tuum